

gressores cationum pumiantur, specialiter statuentes, ut quicunque beneficiatus aut D officium in ecclesia gerens, in habitu huiusmodi diuinitis officijs præsumperit inter esse, pro qualibet uice à participatione prouentuum ecclesiasticorum per mensem nouerit se suspensus, fructusq; illi fabricæ illius ecclesiæ applicentur.

Martinus &c. Decernimus & declaramus, sacro approbante concilio, per decreta, statuta & ordinata, tam lecta in praesenti sessione, quam concordata cum singulis nationibus eiusdem concilij, & que in nostra cancellaria ponit volumus & litteras in forma publica sub sigillo vice cancellarij uolentibus literas confici, atque traditi huic concilio, super articulis contentis in decreto super reformationem fienda, die sabbati trigesima mensis Octobris proxime preteriti, promulgata fuisse, & esse iam sat factum. Quibus decretis ac statutis sic (ut præmittitur) lectis, reue rendissimus pater dominus Ioannes episcopus Ostiensis sanctæ Romanae ecclesiæ cardinalis & vice cancellarius, de voluntate nationum ac ipsius synodi & eorum nominibus (ut asseruit) respondit in hunc modum: De mandato nationum respondeo, q; placent nationibus decreta recitata, & cuilibet nationi placet concordia cum ipsa per dominum nostrum facta, & per præmissa fatentur dicto decreto iam esse sat factum, non intendentes propterea quod concordata cum una natione, in aliquo alteri nationi afferant præjudicium.

S E S S I O Q V A D R A G E S I M A Q V A R T A.

B

ANNO, indictione & pontificatu quibus supra, die uero martis decimano namēsis Aprilis, Constantia in ipsius ecclesia majori sanctissimo domino nostro papa Martino præidente, more solito publica sessio solemniter celebrata fuit, serenissimo principe domino Sigismundo Romanorum &c. rege, insignis regalibus induito interfecte, pro cuius sessionis introductione reue rendissimus pater dominus Nicolaus Assisiensis missam de spiritu sancto celebrauit, & huiusmodi missa finita, lectisq; letanis & alijs orationibus legi consuetis, debite peractis, reuerendissimus pater dominus Antonius sanctæ Romanae ecclesiæ presbyter cardinalis de Chalanco uulgariter nuncupatus, quoddam decretum sive statutum alta uoce legit in hac uerba:

¶ Decretum de loco futuri concilij proxime celebrandi.

Martinus episcopus seruorum seruorum dei, ad futuram rei memoriam. Cupientes ac uolentes decreto huius generalis concilij satisfacere, inter alia disponenti, quod omnimodo generalia concilia celebrantur in loco quem summus pontifex per mensam ante finem huius concilij, approbante & consentiente concilio, deputare & designare teneatur, pro loco dicti proxime futuri concilij celebrandi supradicti, eodem consentiente & approbante concilio, ciuitatem Papensem tenore præsentium depositamus, & etiam assignamus, statuentes & etiam decernentes, quod prælati & etiam alii qui ad generalia concilia debet conuocari, tempore prædicto ciuitatem ipsam Papensem accedere teneatur. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam non stræ deputationis & etiam assignationis, statuti, decreti & constitutionis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis dei, & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius, se noverit incursum. Datum & actum Constantia in loco sessionis publicae, decimotertio Calendas Maii, pontificatus nostri anno primo. Quod decreto lecto, dominus episcopus Ostiensis cardinalis Viuariensis nomine totius synodi respondit, Placer. Et subsequenter dominus Ardecinus de Nouaria, ex parte serenissimi principis Sigismundi Romanorum regis ibidem presentis & eius nomine idem decretum approbavit & laudauit. Et subsequenter dominus Augustinus de Lance de Pisis legum doctor, sacri consistorij aduocatus, nomine domini nostri papæ dictum locum sive ciuitatem